

VERS. 21. — QUEM ERGO FRUCTUM HABUISTIS: hoc ut faciatis, libentibus attendite quàm oppositi sint tam oppositorum dominorum fructus; quam utilitatem HABUISTIS TUNC, cùm peccato serviebatis in illis; respiciat enim illorum impudicitias, quas v. 19 teigit; præcipit ad eos in illis erubescitur.

IN QUIBUS; SYR.: *Quorum vos hodie pudet*, seu ad quorum solam memoriam, NUNC ad penitentiam conversi, ERUBESCITIS. NAM FINIS ILLORUM MORS, scilicet æterna, quæ a morte corporali incipit et eam complectitur. Fructus ergo peccati rubor, confusio, denique mors æterna.

VERS. 22. — NUNC VERO LIBERATI... SERVI AUTEM FACTI DEO. Nunc Deo mancipatos vocat, quos supra iustitia servos dixit, quia iustitia servit, servit Deo, omnis iustitie fontis et iustitiam nobis præcipienti: sicut et qui peccato servit, servit etiam diabolo, qui ab initio peccat, et ad peccatum incitat.

FRUCTUM HABETIS IN SANCTIFICATIONEM. SYR.: *Habetis fructus sanctos*, id est, opera sancta et sanctitatem in animâ patientia; FINEM VERO VITAM ÆTERNAM. SYR.: *Quorum finis est vita æterna*; id est, finis verò, ad quem opera sancta et sanctitas ordinantur, est vita æterna.

stis iustitia; subtrahitis enim vos dominio iustitie, et quasi omni lege soluti, in peccata ruitis. Ita Angelinus, Sensus: Quando eratis servi peccati, liberi eratis à prædâ et unice exoptandâ servitute iustitie; liberi, inquam, in quantum non serviebatis iustitie.

VERS. 21. — Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Ostendit nullum verum fructum ex peccatis percipi, quia fructus proprii in bono intelligitur. Cùm autem dicit, in quibus, id est, de quibus, nunc erubescitis, insinuat effectum quemdam, qui impropiè fructus dici queat; ex peccatis consequi, sed malum et fugiendum, nimirum pudorem et erubescentiam; quâ parte simul innotuit se locuti potissimum de peccatis immunditiæ; de his enim maxime solent homines erubescere.

Nam finis illorum mors est. Adeo nullus ex peccatis fructus percipitur, ut etiam mors inde tandem consequatur. Mortem intelligi eam quæ vitæ æternæ opponitur.

VERS. 22. — Nunc verò liberati à peccato, id est, à dominio peccati, cui serviebatis.

Servi autem facti Deo, id est, mancipati Deo, nempe per hoc quòd addixistis vos operibus iustitie quæ Deus præcipit.

Habetis fructum vestram in sanctificationem, hoc est,

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in præxim redigenda.

1^a Nota mirabilem Christiani cum Christo per baptismum communionem; commortui, con crucifixi, consepulti, complantati, concoursucitati, conviventes, conglorificati sumus. Et hæc omnia triplici modo: typo, participatione, imitatione.

1^a Baptismus typus est, et representatio mortis et sepulture, et resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: mortis quidem, quia, sicut Christus morte corporali mortuus est ob peccata nostra, sic et nos in baptismo morte spiritali morimur peccato, tum per virtutem et efficaciam baptismi, tum per nostram Satane et peccato abrenuntiationem, tum per sanctum novam vitæ

Fructus ergo iustitie sunt sanctificatio, seu sanctitas in tempore, vita et regnum in eternitate.

VERS. 25. — STIPENDIA. Gr., *εὐχρηστ.* SYR., *mercatura*; Obsonium, seu obsonium vocabatur annona militaris. Primò data est in specie, seu cibaria militibus data sunt; deinde pro eâ data est pecunia; at idem nomen mansit. Obsonium itaque est stipendium ebarium.

Stipendium dicitur à stipe pendendâ, quia æs, seu pecunia militibus distribuenda ponderabatur. Stipendium ergo, obsonium, merces peccati, seu peccatoris, mors æterna, ipsi debetur.

GRATIA AUTEM. Gr., *χαρις*; SYR., *donum Dei*, seu donativum; præter stipendia ordinaria, imperatores donativa liberalia dabant militibus, ut eos animarent. Illis donariis comparatur æterna vita.

Quidem iustitie merces dici potest; at maluit Apostolus gratiam dicere, quia et ipsa iustitia et opera justa procedunt à gratiâ; peccator quidem de suo meretur mortem; justus autem Dei gratiâ adjuvatus meretur vitam æternam. Adde quòd vita æterna est merces quidem, quia datur pro bono opere; est verò gratia, quia merces est infinitè excedens omne bonum opus.

ipsam sanctificationem sive sanctimoniam, vitæque munditiam, velut fructum ex illâ servitute capitis. Si fructus est sanctitas, vitæ vera, licet imperfecta, non igitur imputativè solum et sancti et iusti sumus. Loquitur enim de fructu quem in hæc vitâ percipimus; nam de futurâ sequitur:

Finem verò vitam æternam. Ad hanc enim perducit tandem iustitie servitius, et ad eam ut causam finalem ordinatur.

VERS. 25. — Stipendia enim peccati, mors. Merces quam peccatum servis suis reperiit, mors est. Considerat Apostolus peccatum ut dominum ac imperatorem, qui non solum servis ac militibus suis imperat, veram etiam stipendia solvat, eamque ob causam usus est stipendii nomine.

Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Gratia, id est, gratium Dei donum est vita æterna. Sensus est: Donum quod Deus servis suis largitur, est vita æterna accipienda per Iesu Christi Domini nostri merita. Vita æterna dicitur gratia, quia licet operibus ex gratiâ factis debeatur vita æterna, tamen si labor noster nude spectetur, ipsa est gratia, quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Ita Theodoretus. Theologi communi consensu tenent Deum omnibus suis electis præmia redditurum supra condignum.

propositum. Sepulture verò, quia corpus in baptismo ter aquis immersum, representat Christi corpus in terrâ trididit sepulture. Resurrectionis autem, cuius imaginem gerit corpus post immersionem, ex aquâ in novam vitam resurgens. Vide v. 4.

2^a Baptismus est participatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi; efficit id quod significat: applicat nobis mysteria quæ representant; producit in nobis effectus mortis, sepulture et resurrectionis Christi. Mortem Christi nobis sic applicat, ut illa fiat quasi nostra; quasi nos ipsi illam passi sumus; et per hanc mortem quam Christus pro nobis passus est, ap-

plicationem; omnia nostra delentur peccata, et quantum ad culpam et quantum ad pœnam. Sepulturam Christi nobis applicat, ut per eam corde et affectu à mundo separemur, quasi in terrâ sepulti. Resurrectionem Christi nobis sic applicat, ut per hanc applicationem gratia, quæ via divina est, nobis detur, et jus habeamus ad gloriam, v. 4.

3^a Baptismus est imitatio mortis, sepulture et resurrectionis Christi. Baptizamur in mortem ipsius ad illam imitandam. Consepulti sumus in mortem, id est ut moriamur. Quod Christo crux, hoc nobis baptisma: Christus fuit in cruce fixus, ut secundum carnem moreretur; nos baptizamur, ut moriamur peccato: con crucifigimur ut aboleatur corpus peccati. Hæc mors debet esse continua, et in dies crescere, v. 4.

Consepulti sumus in mortem, ut reverè velut mortui et sepulti, nullum habeamus cum peccato et mundo commercium; cor, mens, sensus nostri sint sine affectu circa res seculi; ab eis mente et corde saltem simus abstracti, v. 7. Ex aquis exurgimus, ut in novitate vitæ ambulemus, in gratiâ semper proficiamus, v. 4.

Hoc scientes, et hæc mirabilem nostram cum Christo communionem in mente semper habentes: 1^a ob eam Deo gratias agimus, qui nos gratificavit in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, Ephes. 4, 6. 2^a Hæc tria mysteria, mortem, sepulturam et resurrectionem Christi factis et moribus representemus; verè peccato mortui simus, à mundo separati; novam et Deo dignam vivamus vitam. 3^a Nostri baptismi illiusque finis memores, studeamus in dies magis ac magis peccato mori, à secularibus separari, ad ampliores charitatis perfectionem pervenire, in charitate ambulantes, quæ sursum sunt querentes, quæ sursum sunt sapientes.

1^a Nota et mirare divinam Apostoli ideam, sub qua nos per baptismum à peccati tyrannide liberatos, Deo autem mancipatos, hortatur ad obediendum et servendum iustitie, et ad non assentendum rursus tyrannidi peccati. Juxta Apostoli mentem, peccatum tyrannus est, iustitia regina est; et hæc et illè sum regnum et dominium oppositum habent; non potest quis utriusque servire, sed alterutri parendum; peccato, imò diabolo serviuri, cùm concupiscentie obeditur; iustitie, Christo, Deo serviuri, cum desideria mala reprimuntur;

CAPUT VII.

1. An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit?

2. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri.

3. Igitur vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

5. Cùm enim essemus in carne, passiones pecca-

bonum opus perficitur.

Ut nos à miserâ peccati servitute avertat Apostolus, non regnè inquit peccatum, tyrannus ille, etc.; non consentatis illius tyrannidi, obediendo scilicet concupiscentiis, quibus ad malum vos sollicitat. Sed memores et vestre mortalitatis brevi complemda, et rerum secularium vanitatis in instanti disparituri, has concupiscentias fallaces reprimitè, v. 12: eò facilius erit vobis hæc victoria, quo major vobis adest Christi gratia, v. 14. Ut nos animet ad obediendum iustitie, sed, inquit, exhibete vos Deo, quasi diceret: Iustitie obediendes, Deo ipsi regi vestro, benefactori vestro, qui vos à mortuis suscitavit, servietis, v. 15.

Et membra vestra arma iustitie Deo. Quia regni fecit mentionem, ejus quoque armorum congruenter ostendit, paranedæ victoria rationem nos docuit, ait Theodoretus. Omnes corporis partes et arma iustitie sunt, si mens velit; et rursus peccati, quando illa peccati dominatum amplexa fuerit, idem Theodoretus. Hinc nos hortatur Apostolus: Sed neque exhibeat...; ne membra Deo dicata, peccato, diabolo militent; non vos toti et omnia vestra Deo militate, v. 15. Vestri non estis, sed Dei, cui spontè per baptismum vos dedistis, et qui vos, non in servos tantum recepit, sed et in filios et heredes adoptavit, v. 18. Tante charitatis memores, ipsius sitis toti: hoc à vobis exigit gratitudo, ac postulat æquitas; toti fuistis peccato, ipsi, ut mancipia, servistis, de iustitia non cogitantes quidem; quid æquius quàm ut Deo mancipati, toti Deo sitis; de peccato non cogitantes, v. 19, 20. Id ergo exigit æquitas. At idem exigit utilitas vestra; attendite ergo ad utilitatem quam ex peccatis vestris percipitis; quid ex eis restat vobis? pudor, confusio, mors, et mors æterna; hoc est enim stipendium quod diabolus dat peccatoribus, suis militibus, v. 21, 25. Attendite autem et ad utilitatem, quam ex Dei servitio percipitis; vivitis innocentes, puri, sancti, pace divinâ fruimini; et expleto mortali hujus vitæ tempore, vitam et regnum percipietis æternum. Immortalitas etenim et æterna felicitas est donativum quod suis militibus promeruit et promissis Dominus noster Iesus Christus.

His omnibus attentis, pugnate, vincite, cum Christo regnabit in æternum.

CHAPITRE VII

1. Ignorez-vous, mes frères (je parle à ceux qui sont instruits de la loi), que la loi ne domine sur l'homme que pour autant de temps qu'il vit?

2. Car par cette loi une femme mariée est liée à son mari tant qu'il est vivant; mais lorsqu'il est mort, elle est dégagee de la loi qui la liait à son mari.

3. Si donc elle épouse un autre homme pendant la vie de son mari, elle sera tenue pour adultère; mais si son mari vient à mourir, elle est affranchie de cette loi; et elle peut en épouser un autre sans être adultère.

4. Ainsi, mes frères, vous êtes vous-mêmes morts à la loi par le corps de Jésus-Christ, pour être à un autre qui est ressuscité d'entre les morts, afin que nous produisions des fruits pour Dieu.

5. Car lorsque nous étions dans la chair, les inclinations au péché, étant excitées par cette loi, agis-

torum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.

6. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinehamur, ita ut serviamus Deum dans la nouveauté de l'esprit, et non dans la vieillesse de la lettre.

7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit! Sed peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.

8. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam; sine lege enim peccatum mortuum erat.

9. Ego autem vivebam sine lege aliquando; sed cum venisset mandatum, peccatum revixit.

10. Ego autem mortuus sum; et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

11. Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, et per illud occidit.

12. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum, et bonum.

13. Quod ergo bonum est mihi, factum est mors? Absit! Sed peccatum, ut apparcat peccatum, per bonum venisset mandatum, peccatum revixit.

14. Scimus enim quia lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

15. Quod enim operor, non intelligo; non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio.

16. Si autem quod nolo, illud facio, consensio legi, quoniam habitat in me peccatum.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum: nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

21. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet;

22. Condelector enim legi Dei secundum interioreni hominem;

23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

24. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem, legi peccati.

ANALYSIS.

1^o Sex primis versibus explicat et probat quod v. 14 cap. præc. dixit: Non estis sub lege, etc.

Judeos ergo ad Christum conversos alloquens, eis exponit quomodo per Christum sint à lege liberi: tum quia

saient dans les membres de notre corps pour leur faire produire des fruits pour la mort.

6. Mais maintenant nous sommes affranchis de la loi de mort, dans laquelle nous étions retenus, de sorte que nous servons Dieu dans la nouveauté de l'esprit, et non dans la vieillesse de la lettre.

7. Que dirons-nous donc? La loi est-elle péché? Dieu nous garde d'une telle pensée! Mais je n'ai connu le péché que par la loi; car je n'aurais point connu la concupiscentie, si la loi n'avait dit: Vous n'aurez point de mauvais desirs.

8. Mais le péché ayant pris occasion de s'irriter par les préceptes, a produit en moi toutes sortes de mauvais desirs; car sans la loi, le péché était mort.

9. Et moi je vivais autrefois lorsque je n'avais point de loi; mais le commandement étant survenu, le péché est ressuscité;

10. Et moi, je suis mort, et il s'est trouvé que le commandement qui devait servir à me donner la vie, a servi à me donner la mort.

11. Car le péché ayant pris occasion du commandement, s'étant irrité davantage, m'a trompé et m'a tué par le commandement même.

12. Ainsi la loi est véritablement sainte, et le commandement est saint, juste et bon.

13. Ce qui était bon en soi, m'a-t-il donc causé la mort? Nullement; mais c'est le péché qui, m'ayant donné la mort par une chose qui était bonne, a fait paraître ce qu'il était, de sorte que le péché est devenu par ces mêmes préceptes une source plus abondante du péché.

14. Car nous savons que la loi est spirituelle; mais pour moi je suis charnel, vendu pour être assujéti au péché.

15. Car je n'approuve pas ce que je fais, parce que je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je hais.

16. Si je fais ce que je ne veux pas, je consens à la loi; et je reconnais qu'elle est bonne;

17. Et ainsi ce n'est plus moi qui fais ce mal; mais c'est le péché qui habite en moi.

18. Car je sais que le bien ne se trouve pas en moi, c'est-à-dire dans ma chair, parce que je trouve en moi la volonté de faire le bien; mais je ne trouve point le moyen de l'accomplir.

19. Car je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je ne veux pas.

20. Or si je fais ce que je ne veux pas, ce n'est plus moi qui le fais; mais c'est le péché qui habite en moi.

21. Lors donc que je veux faire le bien, je trouve en moi une loi qui s'y oppose, parce que le mal réside en moi.

22. Car je me plains dans la loi de Dieu, selon l'homme intérieur;

23. Mais je sens dans les membres de mon corps une autre loi, qui combat contre la loi de mon esprit et qui me rend captif sous la loi du péché qui est dans les membres de mon corps.

24. Malheureux homme que je suis! qui me délivrera de ce corps de mort?

25. Ce sera la grâce de Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur. Et ainsi je suis moi-même soumis à la loi de Dieu selon l'esprit, et assujéti à la loi du péché selon la chair.

in baptismo, per virtutem mortis Christi ipsis tunc applicatæ, et quasi appropriatæ, mortui sunt; unde lex in eos vim amplius non habet, sicut maritus dominium non habet in conjugem mortuam;

Tum quia, in baptismo, resurrexerunt cum Christo, novam in eo vitam receperunt; ipsi uniti, copulati, et spirituali matrimonio conjuncti: sicut sub gratiâ sunt, ut ex eâ Deo fructificent, seu fructus vite producant; sicut sub lege, mortis fructus pepererunt.

2^o Sex aliis sequentibus versibus explicat quomodo lex, licet in se sancta, per occasionem tamen peccatum multiplicavit, quatenus illa peccatum, antea latens, indicavit et vetuit; hæcque tum notitiam, tum prohibitionem, concupiscentiam peccandi irritavit.

Hoc autem modestie causâ Paulus in semetipso exponit, sese in duplici statu supponens; ante legem, v. 9:

PARAPHRASIS.

1. Vos præsertim alloquor, Judæi fratres, et legis Mosaicæ mari; nescire enim non potestis quod homo legi obnoxius, tantisper lege tenetur, donec ea lex vivit, seu vim et vigorem habet.

2. Hanc legis vim in hominem liceat explicare per jus quod lex ipsa dat marito in conjugem: sicut mulier viro per conjugium obnoxia, illi viro per legem alligata est quamdiu vixerit ille; ubi verò mortuus est, soluta est à lege matrimonii: ita et homo legi obnoxius est, donec ea vivit; ab eâ autem liber est: ubi abrogata, seu mortua est.

3. Sicut igitur quamdiu vixerit maritus, uxor illius adultera est, si copulata sit cum alio viro; si verò mortuus sit, soluta est à lege matrimonii, ita ut non reputetur adultera, nec adulterii poenis subjecta, si nupsit cum alio: ita de homine legi obnoxio, qui quasi adulter reputabitur, si adhuc vivente lege nupsit alteri; non verò, si jam mortua sit lex.

4. Itaque, fratres mei, nihil vobis nunc commercii cum lege Mosaicâ, quia et vobis ipsa mortua est, per mortem Christi; et vos illi quoque mortui estis, per eandem Christi mortem, vobis in baptismo appropriatam; sic autem mortui estis in baptismo, ut et in eo et per eum à mortuis surrexeritis cum Christo, unumque facti sitis cum illo, quasi uxor et sponsa illius, ut ex illius gratiâ, Deo pariamus opera bona, sancta et divina.

5. Et sanè æquum est ut tanto conjugio nobilitati, fructum edamus Christo, sponso nostro, dignum; cum enim sub lege carnali, quasi marito, viveremus, tunc affectiones et desideria peccandi, quæ per legis occasionem fiebant irritatoria, ita dominabantur in membris nostris, ut per ea fructus peccatorum parerent, mortis fetus infelicis.

6. Nunc ergo, ubi per Christi gratiam soluti sumus ab illo cum lege conjugio, cujus vinculo vineiebamur, et quod nobis erat occasio mortis, æquum est ut Christo, Filio Dei copulati, novo filiorum seu charitatis spiritu, Deo serviamus, scilicet ut unigeniti Filii sui sponsæ, non verò sicut antea, velut servi, solo pœnarum metu; hocque charitatis et sponsæ spiritu pariamus opera, Deo Patri, Christoque sponso nostro, digna.

7. Sed vereor ne quis hæc me de lege dicentem audiens, putet me legi hanc calumniam inferre, quòd

Ego autem vivebam sine lege, etc.; post legem: Sed cum venisset mandatum, etc.; illius occasione, exarsit concupiscentia, et peccato me occidit.

3^o Facto transitu à statu legis ad statum gratiæ, v. 14, explicat et in hoc statu defendens effectus concupiscentiæ; sicut antem prius in semetipso, ut Judæo, ostendit Judæis pravos effectus concupiscentiæ sub lege, sic et in semetipso, ut Christiano, ostendit Christianis invictos effectus concupiscentiæ, etiam in sanctis.

Versu 24 ingemiscit ob hanc miseriam, illiusque remedium ostendit v. 25.

peccati sit auctor. Absit à piis mentibus talis interpretatio! Lex peccati nec auctor est, nec magistra, sed index et accusatrix.

Multa sunt enim peccata quæ non cognovi nisi per legem; inò ipsam concupiscentiam internam, quæ externi actus rationem induunt peccati, non novissem esse peccatum, nisi lex eam prohibuisset dicens: Non concupisces.

8. Lex ergo peccatum mihi indicavit et prohibuit, et quidem ut illud coerceret; sed concupiscentiæ vitium in me latens, et quasi sopitum, hujus prohibitionis occasione excitatum et irritatum, acris ad peccandum me sollicitavit, et in me excitavit omne malorum desideriorum genus. Sicutque, per legis occasionem, peccatum, quod erat quasi mortuum, vitam ac vigorem accepit.

9. Hoc ut distinctius concipiatis, duplicem gentis nostræ distinguite statum: ante legem, et post legem: utrumque autem in meâ personâ expono. Ego Judæus, aliquando, v. g. in Ægypto, vixi sine lege Mosaicâ; tunc peccatum non agnoscebam, non curabam, ad illud non multum excitabar.

Sed postquam accessit lex, dixitque mihi: Non concupisces, hæc prohibitionem, concupiscentia mea, quæ erat sopita, et quasi mortua, statim excitata revixit.

10. Revixit, inquam, peccatum; at ego peccato mortuus sum, quia mors est animæ.

11. Sicutque meo, non legis vitio factum est, ut quod mihi datum erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Quatenus in me insita propensio ad peccatum, à lege, occasione accepit illud avidius appetendi, hæcque propensio, quasi lena me seduxit, in suas partes dolose attraxit; sicutque me, ad opus vitium inducendo, occidit.

12. Itaque nihil est quòd calumniam legem, sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, æquum et bonum.

13. Sed, inquiet hic aliquis, si lex bona est, quomodo mihi mortem peperit? an quod in se bonum est, mihi causa mortis erit?—Absit quòd lex dicatur causa mortis; lex ad summum est mortis occasio; vera autem causa mortis est peccatum, per concupiscentiam contra legis prohibitionem commissum. Hinc apparet

quantum et quale malum sit concupiscentia, peccati parens, cum per legem, sanctam et bonam, mortem in me sit operata; ejus sanè malitia major est quam dici potest, quandoquidem per legem bonam produxit rem pessimam.

14. Lex, inquam, sancta est, ut quæ sancta et spiritalia præcipit; unde ergo mors et peccatum? ex naturæ nostræ corruptione, quæ sequitur, non quæ spiritali, sed quæ carnali placet.

15. Hanc naturæ corruptionem, quæ et in sanctis remanet, lubet in meâ personâ vobis exprimere: ego igitur Paulus, licet liber à lege, licet sub gratiâ constitutus, licet apostolus, et multis à Deo dotatus privilegiis, carnalis tamen sum, et carnis stimulos in malum sentiens; illiusque motus sæpe cogor, licet invitus, et velut servus emptius, sustinere;

Carnis, inquam, sum quasi servus; non enim approbo, et ut meum agnosco, quod in parte animali operor; in quâ non opere perficio bonum, quod mente approbo et volo; sed operor malum, quod mente odi; nollem enim concupiscere, invitus concupisco; vellem bonum alacriter peragere, et in valetente concupiscentiâ, non perficio.

16. Si autem nolens concupisco, sanè mens et voluntas mea consentit cum lege, et, ut bonam approbat legem, dicentem: *Non concupisces.*

17. Unde sequitur quod nunc in hoc statu gratiæ, non ego, sui mens et voluntas mea, concupisco, sed meæ naturæ corruptio; seu insita veteri homini concupiscentia, quæ, me reluctante, suos motus excitat in me.

18. Novi enim per experientiam quod in me, ut carnalis et veteri homine, et per peccatum corrupto,

COMMENTARIA.

VERS. 1. — AN IGNORATIS, FRATRES. Dixit in cap. præc., v. 14: *Non sub lege estis, sed sub gratiâ; et quia statim interrogavit an idèe liceret liberius peccare, sicque digressus est, et in hâc suâ digressionem perseveravit in reliquo capite, hinc ad hanc v. 14 propositionem regrediens, illam nunc probat, et explicat.*

Indeas itaque ad fidem conversos hic alloquitur, quos et fratres suos, etiam secundum carnem, vocat, quia et ipse Judæus, et legis non ignarus, quia à primâ aetate Judæi legis notitiâ imbuebatur.

Hos ergo docet Mosaicæ legis vinculo non amplius obligari; idque explicat metaphorâ viri et mulieris.

LEX IN HOMINE DOMINATUR, GR.: *Dominatur homini, QUANTO TEMPORE VIVIT. Quid? ille an illa? homo an*

VERS. 1. — *An ignoratis, fratres, etc. Dominatur jubendo, terrendo, rem faciendo, accusando, demandando. Hic enim est dominatus legis. Quanto tempore vivit, scilicet ipsa lex, inquit Origen. et Ambr.: sicut tamen, ut Theophylactus, Oecumenius, ad hominem referre maluit: sed eodem uterque hic sensus reddit. Nobis tamen ad legem referri probabilis est, ut sit sensus: Lex dominatur et potestatem suam exercet in hominem, quando ipsa vivit ac viget, non autem postquam mortua et extincta fuerit.*

non sit inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum. Equidem quoad mentem et spiritum, velle mihi præsto est; sed propter hanc inditam concupiscentiam, exsequi non valeo.

19. Non enim, quod mente volo bonum, hoc perficio; sed quod nolo malum, in carne facio; invitus concupisco.

20. Igitur, sicut jam dixi, non ego, seu mens mea, concupisco, sed vetus et carnalis homo, seu natura corrupta.

21. Itaque, cum juxta divinæ legis præscriptum, volo aliquod facere bonum, invenio legem, seu vim aliquam, huic meæ bonæ voluntati contrariam; et hæc vis, seu lex contraria, oritur ex naturæ meæ corruptione, seu est naturæ corruptæ perversa ad malum propensio.

22. Lex enim Dei me secundum mentem delectat.

23. Exuperior autem aliam in carne meâ corruptâ legem, legi Dei, in quâ mens mea delectatur, repugnantem, et hæc carnis meæ lex, seu rebellio, me quasi captivum sibi ipsi reddit, cum me cogat invitum ejus motus pati.

24. O me hominem infelicem! quis me liberabit ab hoc mortifero corpore, tot pravus affectibus, ad mortem pertrahentibus, obnoxio?

25. Gratia Dei per merita Domini nostri Jesu Christi.

26. Igitur ego ipse Paulus, qui supra, v. 14, mente et voluntate servio legi Dei; quia nolo concupiscere et concupiscentiæ motibus non consentio; carne autem seu appetitu carnali servio fœderi peccati, seu concupiscentiæ, ipsius motus sentiendo et contra Deum legem concupiscendo, licet invitus

lex? ambiguus est, si verba spectentur; si mens et sensus Apostoli spectetur, indifferens est; utrumque enim verum est, et de utroque mens Apostoli verificatur: est tamen probabilis quod de lege debeat intelligi, sique sensus: Scitis, fratres, quod lex, quando viget et abrogata non est, jus et potestatem habet in hominem, sicut maritus in uxorem.

VERS. 2. — NAM QUÆ SUB VIRO EST MULIER, GR.: *Græcè: ἡ γυναῖς ὡς τὸ ἄνδρα, subterralis, id est, nupta, seu viro per conjugium obnoxia, VIVENTE VIRO ALLIGATA EST LEGI. GR.: *Viventi viro alligata est lege. Syr.: *Ut mulier que desineta est marito suo per legem quandam vivit.***

SI AUTEM MORTUUS FUERIT, SOLUTA EST A LEGE VIRI, id est, à lege matrimonii, quâ viro subjicitur. Ostendit igitur comparatione hominem Judæum à jugo legis Mosaicæ liberari, sicut mulier nupta libera-

VERS. 2. — *Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est lege. Comparat autem legem viro, et homines legi subjectos mulieri virum habenti. Apostolus hoc eajute pilebrâ utitur metaphorâ, vel potius allegoriâ: nimirum peccatum, mors et lex, quæ occasionaliter peccatum et mortem fovet, est maritus; anima nostra est uxor; proles sunt opera mala; hoc marito mortuo transit anima ad secundum maritum, nupsitque Deo, et peperit proles honorum operum. Ita S. Augustinus.*

tur à lege conjugii per mortem mariti. Lex Mosaicæ, quasi maritus; Judæus legi Mosaicæ subjectus, quasi uxor matrimonio copulata: sicut quando vivit maritus, illi, per legem matrimonii, alligata est uxor, ita, quando lex viget, illi Judæus fuit alligatus. Sicut autem marito defuncto, uxor soluta est à lege matrimonii, ita ubi lex abrogata fuit, ab eâ solutus est Judæus.

VERS. 5. — Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Gr.: *Si fuerit viro alteri, id est, si nupsit, vel si copulata sit alteri viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, id est, soluta est à lege matrimonii; ita ut non censeatur adultera, nec adulterii penis subjecta, si nupsit cum alio viro, aut alteri corporis sui potestatem fecerit; licet enim in hoc casu peccet, sed non in legem contra adulteras.*

VERS. 4. — Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis. Syr.: *Nunc igitur, fratres mei, mortui estis in corpore Christi. Adaptat similitudinem: hæc enim vox, itaque, indicat conclusionem, quam ex allato exemplo deducit Apostolus. Et quia hæc erat illius argumentatio: Uxor, mortuo marito, soluta est à lege viri; atqui lex, quæ erat quasi maritus vester, mortua est per Christi mortem; ergo vos pariter soluti estis, nec amplius sub lege, sed sub gratiâ. Deboisset igitur Apostolus dicere: Mortua est lex, etc.; sed Judæorum imbecillitati consulens, ne eos offenderet, maluit dicere: Vos mortui estis legi. Utrumque autem verum cum sit, verum enim est quod per Christi mortem mortua sit lex, Ephes. 2, v. 15, 16, verum quoniam est quod nos mortui sumus, consensu, complantati, etc., ut in cap. 6 dictum est.*

Hinc in re parum referebat, quid verbis Apostolus exprimeret. Sive mortua est lex, sive mortui estis legi. Cautè tamen et prudenter Judæorum infirmitati sese accommodans, legem enim plurimi faciebant,

Si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri, scilicet à lege matrimonii, quâ sub viri potestate mulier tenebatur, et à quâ liberatur per viri mortem.

VERS. 5. — Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; id est, si copulata fuerit alii viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro, ac proinde non erit adultera, nec ut talis accusabitur, aut judicabitur, etiam si conjuncta fuerit alii viro.

VERS. 4. — Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi. Lex quæ erat quasi maritus noster, jam mortua est, et esse desit per Christum; ergo nos pariter lege liberali, et soluti sumus, nec sub lege, sed sub gratiâ degimus.

Vos mortificati estis, q. d.: Lex quæ erat quasi maritus vester, jam per Christum mortificata et mortua est, quia scilicet in vobis mortuum est et esse desit legis illud imperium, quo lex minatur, accusat terret, damnat et punit. Cum Apostolus dicit, nos mortuos esse legi per corpus Christi, intellige immolationem in cruce, id est, per corporalem Christi passionem et mortem. Per hanc enim mortua est lex vetus nobis, et nos legi. Vel potius, et textu congruentibus, per corpus Christi, id est, per hoc quod sunt incorporati Christo, tanquam conjuncti alteri viro, et cum eo facti una caro. Nam sequitur:

Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. Sensus: Quo fit ut loco veteris legis jam alium virum habea-

num dixit, aliud cogitandum reliquit, ait D. Anselmus. Vel secundum D. Chrysostomum, mulierem mortuam aperit dicit; legem verò, maritum, clam significat in propositione, id est, in argumentatione, ut videre est supra.

Mortificati estis per corpus Christi, scilicet crucifixi et pro vobis occisi, Theophyl.; per mortem Domini, D. Chrys. Alii dicunt per corpus Christi, id est, per hoc quod incorporati estis Christo, scilicet per baptismum, et his favere videtur versio Syriaca, supra.

Ut sitis alterius, id est, ut sitis uxori alterius viri, seu ut multo nobiliori contrahatis conjugium, unumque sitis cum Christo, Filio Dei, qui à mortuis surrexit, novusque factus est homo. Christus sponso comparatur, 2 Cor. 11, v. 2; Ecclesia sponsæ, Ephes. 5, 27.

UT FRUCTIFICEMUS DEO, id est, ut in hoc nostro cum Christo conjugio, ex Christi gratiâ, pariamus Deo opera bona et divina, fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum;

VERS. 5. — CUM ENIM ESSEMUS IN CARNE...; dat rationem ob quam debeant Deo fructificare, simulque ostendit discrimen lege exilabatur, OPERABANTUR, id est, opus suum peragebant in MEMBRIS NOSTRIS, seu per membra nostra; UT FRUCTIFICARENT MORTUI, id est, ut fructus peccatorum parent, qui nos ducebant ad mortem, nosque morti pabulum darent. FINIS PECCATI, MORS.

CUM ENIM ESSEMUS IN CARNE, id est, cum sub lege viveremus secundum carnalem hominem.

PASSIONES PECCATORUM, id est, motus concupiscentiæ ad peccatum inclinales, QUÆ PER LEGEM ERANT, id est, quæ occasione lege exilabatur, OPERABANTUR, id est, opus suum peragebant in MEMBRIS NOSTRIS, seu per membra nostra; UT FRUCTIFICARENT MORTUI, id est, ut fructus peccatorum parent, qui nos ducebant ad mortem, nosque morti pabulum darent. FINIS PECCATI, MORS.

VERS. 6. — NUNC AUTEM SOLUTI SUMUS A LEGE MORTIS, id est, à lege quæ erat occasio peccati, et idèo

tis, eique conjuncti sitis, ejus deinceps arbitrio regimini; scilicet ejus qui à morte resurrexit; ad cuius formam etiam vos oporteat in novitate vite ambulare, tanquam ex mortuis viventes.

Ut fructificemus Deo, id est, ut Christo tanquam viro nostro qui conjuncti sumus, ex semine gratiæ ejus fecundati, bonorum operum fructus producamus.

Ut fructificemus Deo, ut vivas proles ex hoc cum Christo matrimonio pariamus Deo, scilicet opera fidei, spei, caritatis et aliarum virtutum, quæ ex semine, id est, gratiâ Christi et Dei, concupiscentis, ut illa Christo et Deo quasi eorum parenti offerimus. Significat è diverso eos qui sub lege erant, non fructificasse Deo.

VERS. 5. — Cum enim essemus in carne, etc. Sensus: Dico, ut fructificemus Deo, qui, quando eramus in carne, id est, in statu veteri et carnalis hominis (cujusmodi sunt omnes qui sub lege sunt) passiones peccatorum, id est, motus, affectiones ac desideria peccandi, quæ sunt et excitantur per legem, exercebantur, et ipso opere complebantur in membris nostris: itaque per ea fructificabamus non Deo, sed morti, id est, fructus dabamus mortiferis, qui sunt ipsa peccata, quia finis et stipendium peccati mors.

VERS. 6. — Nunc autem (per Christi crucem et mortem) soluti sumus à lege (quæ erat occasio peccati, et consequenter) mortis in quâ detinebamur. Sensus: Apostolus est: Nunc autem per gratiam Christi liberati su-

mortis; in qua detinebamur, id est, cuius vinculo vinciebamur, eramusque captivi: ita ut serviamus, id est, ut serviamus Deo in novitate spiritus, id est, novo spiritu, scilicet spiritu charitatis quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis; seu ut Deum diligamus, tanquam filii adoptivi, et tanquam unigeniti Filii sui sponsi; et non in vetustate litterae, id est, et non sicut sub lege veteri, et tantum litterali, seu spiritu gratiae destituta, tanquam servi, et solo poenarum metu.

Graeci legunt: *Nunc autem soluti sumus à lege; mortui, id est, cum sinus mortui ei, etc.* Alii legunt: *Mortui eo in quo detinebamur.* Alii: *A lege mortui.* Syrus: *Nunc autem cessamus à lege, et mortui sumus ei qui nos detinebat, etc.* Sed nostra lectio, cuius meminit Origenes, quam sequitur Ambrosius, et quam confirmat D. Hieronymus, clarior est.

Ex supra dictis, v. 4, discit quod baptismus ita mors est, ut matrimonium sit. Mors quidem, quia per baptismum morimur peccato, veteri homini; cum Christo morimur et sepelimur, ut in cap. 6 sèpe dictum est. Matrimonium verò, quia per baptismum animae nostrae unimur Christo, Ecclesiae sponso, unumque finis cum illo, ut ex ipso et per ipsum opera sancta, et Deo digna pariamus. Ad hoc attende, ó anima mea! et tanto honore nobilitata, Christi sponsi tui zela et amulare gloriam; nam quod amat, omnibus illius subdere voluntatibus; ipsius sis tota. Disce et ex eodem versu, quod huius matrimonii finis sit fructificare Deo, opera sancta Deo continè parere, tota Deo vivere. Attende, ó anima mea, quomodo huic Dei in te voluntati responderis. Erubescet, ó anima, in bono sterilis, et in malo fecunda; ruboribus et doloris plena, recurre ad sponsum tuum, veniam pro praeterito peccatura, et pro praesenti et futuro Spiritum sanctum petitura.

Christe, Filii Dei vivi, omnis autem animae christianae sponse, miserere animae meae, tuæ licet indignissimae et infidelitissimae sponse; omnes ei condona praeterita infidelitates, ejusque peccatorum immemor, et tuum da ei, quæso, spiritum, spiritum amoris, ut hoc tuo spiritu, fecunda, edat Deo opera vitae: sine hoc tuo spiritu miser passionum servus ero, et opera mortis semper pariam; at spiritu tuo repletus, Deo subdar, imperque, ex gratia tuâ, fructus vitae prodeum.

VERS. 7. — Quid ergo dicemus? Lex peccatum mus à jure legis, utpote mortui ipsi legi, in cuius servitute detinebamur. *Soluti sumus*, Græce, *eneruati sumus*, id est, enervata in nobis est lex, quia lex vires et nervos suos, scilicet dominium, et jus quasi maritale, quod in nos habebat, amisit.

Ita ut serviamus (Deo et Christo) in novitate Spiritus, et non in vetustate litterae, non in veteri vivendi genere, animali et carnali, cuius magistra est legis littera, non gratia. Ita Anselm. Lex enim homini vetustatem suam indicabat quidam et vetabat, sed adeo non auferat, ut per occasionem etiam eandem auferat; magis reflicat enim, irritat et incitat veteris concupiscentiae affectus. Novitas vitae vera iustitia est, quae declaratur bonis operibus: vetustas, iniustitia quam ostendunt opera mala.

EST...? Multa dixit in superioribus, quibus videbatur legi calumniam inferre, v. g., v. 5: *Pasiones peccatorum, quae per legem erant; v. 6: A lege mortis.* Haec ut explicet, interrogat: *Quid ergo dicemus?* id est, an dicimus, ut calumniatur aliqui, quod lex peccatum sit, id est, auctor peccati. Ansit! Sed peccatum non cognovi, etc., id est, non ita exactè novissem, ait Theodoretus post D. Chrysostomum.

NAM CONUPISCENTIAM NESCIEBAM.... Gr.: *Ipsam enim concupiscentiam nesciebam, etc.* Syr.: *Non enim concupiscentiam novissem, etc.*, id est, internum rei alienae, v. g., uxoris, desiderium, non novissem esse peccatum, nisi lex diceret: *Non concupisces.* Hoc enim nullà lege humanà vetitum.

Nota quod D. Paulus modestè causâ, in primâ personâ loquitur, rem odiosam sic in se volens exprimere, ut eam liberius aliis exponat Judæis. Nota et quod Hebræum in suâ personâ describit in duplici statu: ante legem scilicet, et post legem. In primo statu, quando peccatum latebat, eratque sopitum; in secundo statu, quando patefactum fuit peccatum, prohibuit, et per prohibitionem excitata fuit concupiscentia. Absit itaque quod lex peccatum sit, aut peccati magistra; quinimò est peccati accusatrix, ait Theodoretus, quia multa sunt peccata et per se mala, quae non novissem mala, nisi lex me docuisset. Ipsam concupiscentiam internam, quâ actus externi rationem et malitiam peccati induunt, non novissem esse peccatum, nisi lex eam prohibuisset.

Non cognovi et nesciebam, hic non ignorationem omnimodam significant; sed hoc dicit, naturalis se discretionis exactiorem cognitionem accepisse per legem, ait Theodoretus.

Lex itaque est cognitio peccati, non causa peccati; producit peccati cognitionem: est autem per accidens et extrinsecum legi, quod ex hac cognitione peccati irritetur concupiscentia, et peccatum operetur.

VERS. 8. — OCCASIONE AUTEM ACCEPTA... Græcè: *Occasionem autem accipiens peccatum.* Syr.: *Proinde hoc præcepto (scilicet: Non concupisces) invenit sibi occasionem peccatum, et consummavit in me omnem concupiscentiam.* Lex, ut v. 7 dictum est, dat cognitionem peccati, et illud prohibet. PECCATUM AUTEM, id est, concupiscentiæ vitium, in me latens, et quod erat sopitum, et quasi mortuum; huius prohibitionis occasione excitatum et irritatum, multo vehementius grassari cepit, et excitavit in me omne genus malorum.

VERS. 7. — Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit! Non enim lex in se peccatum est, lex enim à Deo est, ideoque per se bona. Officio legis, quod est monstrare peccatum, non autem præcipere aut promovere.

Sed peccatum non cognovi nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam (esso peccatum) nisi lex diceret: *Non concupisces.* Per legem cognitio peccati. Nam, si quod peccatum nullo modo cognoscitur nisi per legem in genere (peccatum enim definitur quod sit contra legem), ita perfectè non cognoscitur peccatum, nisi per legem scriptam, seu positivam, quæ data sit à Deo.

VERS. 8. — Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.

desideriorum. Lex, seu prohibitio concupiscentiam irritat, sicut aqua calcem vivam.

SINE LEGE ENIM (concupiscentiam vetante) PECCATUM MORTUUM ERAT, id est, sopitum. Concupiscentia interior, quia nullà lege humanâ prohibebatur, erat quasi mortua, sopita, et non reputabatur peccatum: at lege Dei prohibita, exarsit in omnes pravos motus et affectus.

VERS. 9. — EGO AUTEM VIVEBAM SINE LEGE...; loquitur in personâ Judæi, ante legem, v. g., in Ægypto. Alii tamen id intelligunt de D. Paulo, cum inciperet adolescere et peccare, legem Mosaicam nondum edoctus. Ita Cornel., Menoch., Tirin.

Ego, Judæus scilicet, aliquando, v. g., in Ægypto, ante legem Mosaicam, vivebam quasi exlex, peccatum non agnosces, non curans, non æstimans; sicque ad illud non multum incitatus. Sed cum venisset mandatum, id est, lex dicens mihi: *Non concupisces*, peccati dans mihi cognitionem, illudque prohibens, PECCATUM REVIXIT, id est, excitatum est. Concupiscentia mea, quæ erat quasi sopita et mortua, per legem excitata revixit.

VERS. 10. — EGO AUTEM MORTUUS SUM... PECCATUM, inquam, REVIXIT; AT EGO PECCATO MORTUUS SUM.

Observa et mirare antithesim inter peccatum et hominem, quibus lex successivè mortis et vitæ est occasio. Ante legem, peccatum erat quasi mortuum, homo autem videbatur vivere; post legem, peccatum revixit, homo verò mortuus est, peccato scilicet, quod est mors animæ. Ante legem, languebat concupiscentia, et homo non erat prævaricator; post legem, exarsit concupiscentia; ipsi, non obstante lege, obediit homo, factusque est legis prævaricator, et per legis transgressionem, factus est obnoxius morti temporalis et æternæ.

ET INVENTUM EST MIHI MANDATUM...., siquæ factum est ut lex quæ mihi data erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Sensus: Concupiscentiæ vitium in me latens, occasione mandati illius: *Non concupisces*, per illud ipsum excitavit et produxit in me omne genus pravorum desideriorum. Ac si dicat: Multo latius grassari cepit quam ante, tanquam ipsâ prohibitione accessit; quemadmodum de filiis Israel legitur Judicum 2, quod audientes mandata Dei, omnia fecere contraria. Nam virtus peccati, lex. Vehementius enim inardescit concupiscentiæ flamma dum lege premitur; mititur enim in vitium semper.

Sine lege enim peccatum mortuum erat, id est, sopitum erat; per legem enim excitatum revixit. Dicit ergo peccatum sine lege mortuum fuisse, non simpliciter, quasi non esset; sed velut mortuum, quia non cognoscitur nisi per legem; et quia vires suas non exerebat, quemadmodum postea lege superveniente. Conpositum quippe erat donec à lege excitaretur.

VERS. 9. — Ego autem vivebam sine lege aliquando, nimirum tunc, cum adolescere inciperem et peccare, nec tamen legem Moysi edoctus essem; tunc enim vivebam quasi exlex, ac consequenter peccatum non curabam, non agnoscebam, non æstimabam; hinc ad illud non multum incitabar.

Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Sensus est: Postquam verò mandatum illud legis: *Non concupisces*, in notitiam meam venisset, revixit in me pec-

VERS. 11. — NAM PECCATUM, OCCASIONE ACCEPTA. Gr., *occasione accipiens*; id est, nam concupiscentia, occasione legis accepta, in suis partes me dolose traxit et occidit me, ad opus vitium inducendo. Vide paraph.

VERS. 12. — ITAQVE LEX QUIDEM SANCTA... Ex supra dictis concludit Apostolus contra objectionem v. 7 factam; quod tantum abest ut lex peccatum sit, quin imò sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, docens quomodo Deus sanctè colatur; JUSTUM, præscribens ut unicuique suum reddatur; BONUM, præscribens ea quibus quique bonus sit, si servetur.

Hinc D. Thomas putat dici sanctum, propter præcepta caremonialia; justum, propter judicialia; bonum, propter moralia.

OBSERVATIO MORALIS.

Ex dictis de lege v. 7 et 8, quæ majoris reatus occasio fuit, discit cum D. Augustino frequenter oratur: Da, Domine, quod jubes, et jube quod vis. Qualicumque sit nostra, sive per legem, sive per rationem, cognitio, ita pravum et corruptum est cor hominis, ut nisi Christi gratiâ medicinali sanetur, tota hæc nostra notitia majoris peccati futura sit occasio. Legis cognitio bona quidem est, est enim Dei gratia; et gratia quæ ex cordis nostri corruptione lethalis et funesta nobis erit, nisi gratia Dei interna cordis nostri corruptionem sanet. Itaque: *Sana me, Domine, et sanabor; saluum me fac, et salvus ero, Jerem. 17, 14.*

Ex dictis v. 9, 10, discit quàm necessaria nobis Dei gratia, ob miserandum et lacrymis etiam sanguine defendendum statum nostrum. Si enim legem ignoret homo, ipsius ignorantia illi causa mortis est. Si legem novit, ipsius notitia, ob cordis sui pravitatem, plerumque majoris criminis erit occasio. Sine lege, aut legis cognitione, non novit concupiscentiam, illam putat naturalem, nec peccatum, aut offensam Dei reputat. Hinc peccatum deglutit ut aquam. Si noverit catum, scilicet per cognitionem ipsius quam lex præstat, et consequenter per malorum desideriorum exuberantiam, quæ occasionem habet ex lege. Revixit, id est, excitatum est; et, ut Augustinus exponit, apparere concupiscentiam; et, ut Augustinus exponit, apparere concupiscentiam; et, ut Augustinus exponit, apparere concupiscentiam fuit, id est, manifestè factus obnoxius morti æternæ, propter manifestam, ut dictum est, legis transgressionem. Nam mortem æternam intelligit, quæ transgressionis est pena.

Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Et sic reipsa comperi legem, seu legis mandatum, quod à Deo datum fuit, et per se ordinatum ut hominem perduceret ad vitam et salutem, hoc ipsum mihi cadere ad mortem, quia morti æternæ me palam reddidit obnoxium.

VERS 11. — Nam peccatum occasione, etc. Nec mirum si peccatum occidit per mandatum, quando et ipsum mandatum occidere dicitur, quia cum sanare non possit, mortem suam transgressoris comminatur et irrogat. Ita namque dictum est: *Littera occidit, 2 Cor. 3.*

VERS. 12. — Itaque lex quidem sancta, etc., q. d.: Hoc mandatum: *Non concupisces*, et quodvis aliud in se sanctum est, quia facit hominem purum, castum, sanctum; et justum est, quia hominem cohibet, ne iniuste alienum uxorem aut rem concupiscat; et bonum est, quia hominem bonum facit omnesque animi

illam, et Dei gratia non preveniatur, non obstante peccati notitia et prohibitione, concupiscentiam sequetur, fietque ob notitiam magis reus.

Itaque, o lumen! o vis et efficacia gratiae! quam mihi necessaria estis! o lux aeterna, illumina me! o sanctitas ipsa, sanctifica me! Christe, lux mundi, illumina mentem meam! Christe, Salvator mundi, salva, purga, sanctifica cor meum. Da mihi cor novum, cor docile, et tuae voluntati semper subditum. Da, Domine, quod jubes; sis revera magister et medicus.

Lex pedagogus, non medicus; Christus magister et medicus.

VERS. 15.—*QUOD ERGO BONUM EST, MIHI FACTUM EST MORIS...* Hic secundum obicit sibi incommodum, ex dictis sequens; hinc enim saltem sequi videtur quod mandatum in se sanctum, mihi factum sit causa moris.

Abstulit! Non enim lex, sed legis abusus est causa peccati. Lex tantum occasio; vera autem causa mortis, est transgressio legis, seu peccatum contra legis prohibitionem.

NAM PECCATUM, id est, concupiscentia, quae parit peccatum; UT APPAREAT PECCATUM, id est, quantum et quale sit malum; PER BONUM, id est, per legem, OPERARI EST MIHI MORTEM, id est, pellit me in mortem, instar leonem vel leuem, UT FIAT SUPRA MODUM PECCANS. GRÆCÆ: *Ut fiat secundum hyperbolen*, id est, plus quam dici potest, peccans; peccatrix, id est, magna et exuberans peccatorum et malitiae causa.

Per prosopopeam loquitur de peccato, seu de concupiscentia, fomite peccati, quasi de persona qua exciteret voluntatem ad peccandum, et quae major peccator, seu peccatrix fit, quando ad majus peccatum excitat; *ut fiat supra modum*, insigniter et excessivè peccator, *quæ peccatrix*, reus, peccator; *et hyperbolice*, peccatum, idque per ipsam mandatum.

vires et motus bene et ritè ordinat ac componit. Bonum est lex, si quod ea legitime utatur, 1 Tim. 1.

VERS. 15.—*Quid ergo bonum est, mihi factum est mors?* etc. Sensus: Num igitur mandatum, quod est aut erat per se bonum, mihi factum est mortiferum, id est, causa mortis? Scilicet ejus quæ est pena transgressionis.

Abstulit. Non fuit hæc mutatio, vitium et culpa ipsius mandati, sed peccati et hominis mandato obtemperantis.

Sed peccatum, ut appareat peccatum (ut robur et vires peccati manifestentur), per bonum (per mandatum, occasionaliter) operatum est mihi mortem. Sed peccatum mihi factum est mors, nimirum (ut appareat quæ quantumque sit malum) per bonum operando mihi mortem, id est, per legem.

Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. S. Hieron. legit: *Ut fiat peccans peccatum.* S. Augustinus legit: *Ut fiat supra modum peccator peccatum.* Loquitur autem Apostolus de peccato velut de persona quâdam. Sensus: Adeoque illud ipsum peccatum in me latens occasione mandati, factum est tanquam ingens peccator, dum in me operatur omnem concupiscentiam, et in apertam prævaricationem impellit, insuper et occidit.

VERS. 14.—*Scimus enim quia lex spiritualis est, etc.* Perspicuum est, inquit, non esse culpam legis, dum

hæc quanta cordis nostri perversitas et corruptio! quæ legis et intellectus lumen corrumpit et inficit; et hæc legis et intellectus corruptio, ipsa fit infectio; scelerator et inexcusabilior. Ad eum corrupti queramus medicum; humiles, tremulibque, gementes, Christi gratiam imploremus, quæ sola cordis corruptionem sanat.

VERS. 14.—*SCIMUS ENIM QUIA LEX SPIRITUALIS EST...*

Syr: *Scimus enim legem spiritus esse; ego verò carnis sum, et venditus sum peccato.* Probat legem sanctam esse, et non causam mortis; simulque rationem reddit ob quam ex lege sequitur à lege non intentum, scilicet peccatum et mors; alia quippe est natura legis, alia hominis, etiam justus et sub gratia constitutus. Lex enim spiritualis est, spiritualia præcipiens, et quæ spiritualis sunt hominis; virtutem amplecti, vitia fugere.

EGO AUTEM CARNALES SUM. Loquitur hic in propria persona, et in statu suo præsentis, ut Cornelius à Lapide colligit ex omnibus Apostoli verbis, quæ sunt de præsentis, et ut Estius fusè probat.

EGO AUTEM CARNALES SUM, id est, vitio nature corruptæ, sequor non quæ spiritui, sed quæ carni peccatum; VENDITUS SUB PECCATO. Gr. *sub peccatum.* Syr. *et venditus sum peccato;* id est, venditus in servitutem sub jugo peccati, quasi Domini. Hoc intelligit: carne, vel secundum carnem servus sum, seu, ut explicat v. 23, *servo legi peccati.* Hincque fit quod lex in me non habet finem suum; sed ego, non ipsa, sum causa peccati et mortis.

Itaque ad clariorem versuum sequentium intelligentiam, observa quod Apostolus, factum transitu à præterito statu legis et peccati, ad statum gratiæ, sed adhuc cum concupiscentia luctantis, exponit in sua persona, quæ justis, etiam sub gratia constitutis, contingunt; idque tum ut nos instruat, et ad pugnam excitet; tum ut Judæis ostendat discrimen quod est inter hunc presentem sub gratia statum et inter

eà accepta pejor quis efficitur. Scimus enim quicumque rectè sapimus, legem spirituales esse, quæ præcipit ea quæ observata spiritualiter et justum reddunt hominem. Quia lex, inquit, spiritualis est, id est, spiritualia præcipit, non carnalia. Dicitur autem tam lex quam homo spiritualis, vel à spiritu hominis, id est, mente, cui carnem opponit; vel potius à Spiritu sancto, cui passim carnem opponit.

Ego autem carnalis sum. Augustinus de homine justo et sub gratia constituto totum hunc locum exponit et exponendum docet; et Apostolus hic et deinceps loqui in sua ipsius persona, et omnium eorum, qui quantumvis sentiant in se legem quandam repugnantem legi mentis suæ, id est, concupiscentiæ fomitem, cuius motibus incitantur ad ea quæ divine legi contraria sunt; jam renatū tamen et sub gratia constitutum, mente ac voluntate concupiscentem in lege Dei. Quod ergo dicit: *Ego autem carnalis sum*, intellige non mente, sed carne adhuc concupiscentem contra spiritum. Quod non est absolute carniæ esse, sed secundum aliquid: quatenus scilicet homo per gratiam renovatus, adhuc fomitem peccati circumfert, assidue commoventem in ipso peccandi desideria. Qui autem hoc tantum modo carnalis est, si simpliciter est spiritualis, utpote legi, quæ spiritualis est, consentiens, et proinde Deo, qui legem dedit.

præteritum statum sub lege; in illo præterito statu obediebat concupiscentiæ et peccabatur; in hoc præsentis gratiæ statu, concupiscentiæ quidem stimulis in malum sentiuntur, at illis resistitur, et non peccatur.

Concupiscentiæ quidem quasi tyranno traditi sunt etiam justus; non autem peccato: iustar servi emptitii cogitur concupiscentiæ motus sentire, sed non illis consentire; ingenieimus sub illius tyrannide, illiusque legi carni servimus, sed mente et affectu servimus legi Dei.

QUOD ENIM OPEROR, NON INTELLIGO. Probat se venditatum esse peccato; seu, se servum esse concupiscentiæ, ex eo quod faciat non quæ facienda sibi videntur, sed quæ dominus, nimirum concupiscentia imperat; scilicet, malum concupiscere. Sensus ergo est: Quod operor in parte animalis, non agnosco ut meum, nec approbo; quia, sine ullo voluntatis meæ consensu, id agit pars animalis; seu, quod idem est, opera et motus concupiscentiæ meæ, per rationem et voluntatem non approbo.

NON ENIM QUOD Volo BONUM...; id est, non enim opere perficio bonum quod mente approbo et volo; sed carne operor malum quod mente odi, seu mala carnalis desideria, quæ voluntate detestor; in inferiori appetitu sentire eogor. Quasi diceret: Nollem concupiscere, invitius concupisco; vellem bonum alacriter facere, at invalescente concupiscentia, non perficio.

VERS. 16.—*SI AUTEM QUOD Nolo, ILLUD FACIO, IN QUAM, CONTRARIAM MIHI VOLENTI FACERE BONUM;*

SI AUTEM QUOD Nolo..., appetitu superiori, seu vo-

Venditatus sub peccato. Sensus: Carne adhuc servus sum peccati, quomodo dicit in fine capituli, se carne servire legi peccati. Quo etiam sensu sancta Ecclesia, B. Gregorio auctore, in persona omnium fidelium orat dicens: *Ut nos Unigeniti tui nova per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet.* Quam Ecclesiæ orationem opponimus iis quibus absurdum videtur in persona justis hominis dici, quod carnalis sit, et venditatus sub peccato.

VERS. 15.—*Quod enim operor, non intelligo*, id est, per rationem et voluntatem non approbo, opera et motus concupiscentiæ meæ. S. August. hunc dat sensum: Probat hic Apostolus se venditatum sub peccato, id est, esse servum concupiscentiæ, ex eo quod faciat non illa quæ sibi facienda videntur, sed illa quæ dominus, scilicet concupiscentia, sibi imperat pota concupiscere; id deinde probat verbis consequentibus.

Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio. Sensus: Non enim perficio id quod mente volo, scilicet bonum; sed carne operor id quod mente odi, scilicet malum, q. d. Paulus: Vellem non concupiscere; et nollem concupiscere, et tamen concupisco.

Nota: *Facio* significat hic actionem hominis imperfectam, id est, actum concupiscentiæ appetitū, citra rationis assensum. Unde explicans subdit Apostolus: *Jam non ego operor, illud, sed quod habitus in me peccatum, q. d.:* Hic actus concupiscentiæ, non est meus, non est humanus, qui non est liber et deliberatus, sed est actus in habitantibus in me peccati, id est, concupiscentiæ.

VERS. 16.—*Si autem quod nolo, etc.* Sive, quod bona sit; si, inquit, quod mente non volo sed odi, illud ago, videlicet carne concupiscendo, jam consentio legi, verbi gratia, dicenti: *Non concupiscas*, tanquam bone: quia voluntas mea quæ nolo quod facio,

luntate; ILLUD FACIO, in appetitu inferiori; id est, si nolens ego concupisco, CONSENSU LEGI, id est, mens et voluntas mea consentit cum lege, adheret legi, approbat legem dicentem: *Non concupiscas.* Unde sequitur:

VERS. 17.—*NUNC AUTEM JAM NON EGO.* GRÆCÆ: *Nunc autem non amplius ego, etc.* Syr.: *Nunc autem non ego quidem, etc.* Hinc, inquam, sequitur quod nunc, in hoc statu gratiæ, non ego, seu mens et voluntas mea, concupisco; sed mea corrupta natura, seu fomes peccati.

VERS. 18.—*SCIO ENIM QUIA NON HABITAT IN ME...* Novi enim per experientiam, quod in me, id est, in carne meâ per peccatum corruptâ, NON HABITAT BONUM, id est, inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum.

NAM VELLE ADIACET MIHI. SYR.: *Nam ut velim bonum, facile quidem mihi est; at ut illud exsequar, impotens sum; seu est quidem in me justificatio prompta voluntati facienti bonum, sed vix illud exsequi possum, quia caro est infirma, et spiritui semper rebellis; vel juxta spiritum est mihi presto velle bonum.*

VERS. 19.—*NON ENIM QUOD Volo BONUM; superioris est repetitio ad majorem assertionem, v. 15.*

VERS. 20.—*SI AUTEM QUOD Nolo, ILLUD FACIO.* Vide v. 16 et 17.

VERS. 21.—*INVENIO Igitur LEGEM, id est, vim, imperium, dictamen concupiscentiæ scilicet, legem, inquam, contrariam mihi volenti facere bonum;*

QUONIAM MIHI MALUM ADIACET; id est, quia propen-

legi consentanea est, quæ vult me hoc nolle. Itaque consensio legi, non solum intellectu judicans quod bona sit, verum etiam voluntate me ei conformans. Quod utique est hominis justus, ac mente renovatus.

VERS. 17.—*Nunc autem jam non ego operor illud, etc.* GRÆCÆ: *Nunc autem non amplius ego.* Sensus est: Quomodo renovatus per gratiam, legi consensio; nunc non amplius ego operor malum, sicut faciebam constitutus sub lege; sed peccatum in me habitans illud operatur, id est, concupiscentia mihi insita, et sedem in me fixam habens, pravos motus in me excitat non consentiente.

VERS. 18.—*Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne meâ, bonum.* Novi per experientiam in me, quatenus caro sum, id est, carnalis, non habitare bonum, sed malum.

Nam velle, adiacet mihi; perficere autem bonum, non incerto, q. d.: Facultas et bona voluntas volendi id quod bonum est, est in me justificato; sed vix, et non nisi difficulter illud perficere possum. Spiritus enim promptus est, caro autem infirma, imò reluctans spiritui. Ita S. Augustinus, Anselmus, S. Thomas.

VERS. 19.—*Non enim quod volo bonum, etc.* Repetit isidem penè verbis quod jam ante dixerat, ad probandum quod dixit: *Perficere bonum non invenio.* *Non nolo*, quo significaret voluntatem aversantem, et in contrarium nitentem. Id enim postulat res de qua agitur. Unde et prius dixit: *Odi*, pro quo postulat *Nolo*.

VERS. 20.—*Si autem quod nolo, etc.* Per hoc enim invenire voluit Apostolus se facere secundum carnem, quod tamen ipse homo mentis deliberatione nollit; ideoque se hominem rationali ac deliberata actione illud non agere.

VERS. 21.—*Invenio igitur (in me) legem, volenti mihi facere bonum, etc.* Igitur invenio ac deprehendo

scio ad malum mihi intumescit insita est, in inferiori scilicet animæ parte. Hic versus obscurus est; hinc variae sunt illius et constructiones et expositiones, quas apud auctores videre est. Facilis et naturalis mihi videtur contextus, si quod ex præcedentibus intelligitur, subaudiatur, *legem contrariantem*, seu repugnantem *mihî volentî*. Cujus contrarietatis, seu repugnantiae rationem reddit Apostolus, addens: *Quoniam mihi malum adiacet*, id est, propensio ad malum, insita est.

Ex dictis igitur concludit Apostolus: Cum volo juxta divinae legis præscriptum, facere aliquid bonum, et huic meae bonae voluntati repugnantem; hæcque lex est perversa naturæ meae corruptæ ad malum inclinatio. Et hæc intelligentia conformis est sequentibus versibus.

VERS. 22. — CONDELECTOR ENIM LEGI DEI, id est, delectat me lex Dei secundum mentem.

VERS. 25. — VIDEO AUTEM ALIAM LEGEM, id est, experior autem aliam legem in carne meâ corruptâ, scilicet fomitem peccati, REPUGNANTEM, GRÆC., *contrariantem*, seu rebellantem LEGI MENTIS MEÆ, seu legi Dei quæ dicit: NON CONCUPISCES. Intelligit rebellantem in me legem, seu inclinationem quamdam, quæ scilicet malum mihi adiacet, et faciendum tanquam legem quædam ingeritur; in me, inquam, volente facere quod bonum est. Invenio, quoniam mihi volenti bonum facere malum adiacet. Est enim malum, inquam, concupiscentiæ mihi innata, quæ bona et legi Dei repugnat. Sic igitur concupiscentiæ, quæ fomem peccati est, eadem etiam lex vocatur, lex, inquam peccati, quatenus animam ad peccandum sollicitat incitat.

VERS. 22. — *Condelector enim legi Dei*, etc. Sensus est: Delectat me lex Dei, utpote lex sancta, justa et bona; delectat me, inquam, non quavis parte mei, sed secundum mentem, seu partem intellectivam, quæ jam per Christi gratiam sanata est. *Interiorum hominem* interpretor mentem, non autem hominem novum aut renovatum. Non enim Apostolo idem est *homo interior* et *novus*; ut nec idem *homo exterior* et *vetus*. Nam et in peccatoribus est interior homo, sed nondum renovatus. In justis autem interior homo cum novo homine coincidit. Justus igitur condelectatur legi Dei secundum interiorum hominem, non injustus.

VERS. 25. — *Video autem aliam legem in membris meis*. Sensus: Sed exterior aliam legem in membris meis, id est, in corpore meo, et in toto homine exteriori, qui durante hæc vitâ non renovatur, sed corripitur, 2 Cor. 2. Ideo autem dicit in *membris*, quia in membris quibusdam, quæ pudor nominari vetat, maxime percipitur et apparet rebellio, quam excitat lex ista peccati de qua sermo est.

Repugnantem legi mentis meæ, id est, contra militantem, rebellantem. Ac si dicit: Quo lex bellum movet adversus legem mentis meæ, id est, adversus legem Dei, in qua secundum mentem condelector. Est enim eadem lex Dei, et lex mentis; sicut è diverso eadem est lex peccati et membrorum.

Et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Motione, non consensione, ait S. Augustinus, ut scilicet captivus reddat, et subjiciat legi peccati, id est, concupiscentiæ, ita ut etiam invitus et

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in præxim accuratius redigenda.

In hoc capite D. Paulus, ut pietor excellentissimus,

lionem appetitibus sensitivi et sensuum, ac præsentium earum partium quas pudor non sinit nominare.

Legem Dei vocat legem mentis suæ, ob dicta v. 22.

ET CAPTIVANTEM ME, id est, quæ rebellio me captivat motione, non consensione, quia scilicet, invitus cogor vitiosos concupiscentiæ passiones sentire.

VERS. 24. — INFELIX EGO HOMO! QUI ME LIBERABIT! Talem ac tantam miseriam deplorat Apostolus, et exclamans, atque gemens petit: *Quis me liberabit de hoc mortali et moribundo corpore*, tot miseris et pravis affectibus obnoxio!

VERS. 25. — GRATIA DEI, etc. Respondet sibi quod gratia Dei, seu gratuita Dei misericordia, intuitu meritorum Christi; Græc. et Syrus habent: *Gratias ago per Jesum Christum*, etc., quod scilicet liberatus sum, vel potius quod sum liberandus.

IGITUR EGO IPSE MENTE SERVIO... *Ego Paulus mente*, id est, parte animæ superiore, *servio LEGI DEI* concupiscere velanti; nolo enim concupiscere; CARNE AUTEM, id est, parte animæ inferiore, *SERVIO LEGI PECCATI*, id est, concupiscentiæ; *cujus cogor motus sentire et pati.*

reluctans, vitiosas ejus inclinationes, dictamina, impulsiones, sentire cogor, et ejus laqueos et motus evadere non possim. De facto enim omnes, non sub peccato, sed sub concupiscentiâ quasi captivi tenemur. Dicitur concupiscentiæ *lex peccati*, quia est fomem ad peccatum sollicitans, peccatum dictans et suggerens.

VERS. 24. — *Infelix ego homo!* etc. Exclamatio est gemens sub jugo ac servitute peccati secundum carnem, et ad libertatem anhelans. *Infelix*; id est miser, ærumnans. *De corpore mortis hujus*, id est, ex hoc corpore mortali: ut demonstratio sit corporis, non mortis. Car autem dicit: De hoc corpore mortali, cum tamen hæcens non de morte, sed de peccato fuerit locutus, ea ratio est, quia, durante hæc mortalitate, manet in corpore lex, et servitute peccati jam dicta. Optat autem ita liberari et eripi de mortali hoc corpore, ut idem aliquando recipiat immortalitatem, atque ab omni corruptione et servitute peccati liberum, videat per resurrectionem. Liberari à corpore mortali, inquit S. Augustinus, est omni sanato laqueore concupiscentiæ carnis, non ad penam recipere ergo et ad gloriam. Non enim à corpore mortali impii liberantur unquam, quibus in resurrectione eadem corpora ad æterna tormenta reddentur.

VERS. 25. — *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum*, supple. liberabit me quandoque à corpore mortis hujus, puta in futurâ resurrectione, dando mihi corpus immortale et gloriosum. *Gratia Dei*, id est, gratuita Dei bonitas per Christum liberabit de hæc corruptione.

Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem legi peccati, quasi dicit: Interim verò dum adhuc detineor in hoc mortali corpore, dumque plena liberatio mea, ad quam suspiro, differtur; ipse ego Paulus mente saltem et ratione servio legi Dei, licet carne adhuc serviam legi peccati. Docet S. Augustinus in hæc vitâ perpetuam esse hæc luctam, et sufficere nobis, si non consentiamus malis concupiscentiis, itaque futurum, ut in alterâ beatâ vitâ illam non sentiamus.

novus. In christiano Christus habitat per fidem, et in eo per fidem, suamque gratiam, bonum facit. In eodem christiano habitat vetus homo; homo peccati; habitat, inquam, per concupiscentiam, suaque carnali voluntate, malum agit.

Unus quidem et idem est homo; sed qui dicitur interior, spiritualis, novus, spiritus, mens, pars animæ superior; quando conformiter dictamini hominis interni, tum recte rationis, tum gratiæ operatur, et fertur in ea quæ spiritualia et divina sunt. Dicitur exterior, carnalis, vetus, animalis, homo peccati; quando ex dictamine sensuum et appetitibus sensitivi, operatur et fertur, ut plurimum, in ea, quæ carni et sanguini placent, ut dicit cap. 8, v. 5.

In hoc homine quasi duplici, duo sunt agendi principia: principium vite, principium mortis; spiritus et caro, gratia et concupiscentia. Duas sentit leges: legem spiritus, legem carnis; lex spiritus consentit legi Dei, lex carnis inclinat ad peccatum. Hinc in nobis perpetua

CAPUT VIII.

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulat.

2. Lex enim spiritus vite in Christo Jesu liberavit me à lege peccati et mortis.

3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne;

4. Ut justificatio legis impleteretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

5. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt.

6. Nam prudentia carnis, mors est; prudentia autem spiritus, vita et pax.

7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subjecta: nec enim potest.

8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis; si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem.

11. Quod si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum à mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

12. Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.

13. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facti carnis mortificaveritis, vivetis.

14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.

15. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum S. S. XXIV.

pugna, perpetuumque schisma, quod non finiet nisi in æternitatis pace; caro concupiscit contra spiritum, spiritus contra carnem. Hanc luctam non sentiunt qui carni non resistunt, sed illi cedunt; sentiunt autem saneti et spirituales, qui nihil concupiscentiis permittunt, ut juxta Dei spiritum vivant.

Nos ergo christianos, ut Dei milites, ad hæc luctam hic accendit apostolica tuæ. Nobis itaque vigilandum, pugnantium, vincendum: vigilandum, quia in medio cordis nostri est noster hostis; pugnantium adversus concupiscentiam, illiusque motus inordinati sic cohibendi, ut neque in opus exeant, neque illis inharere nostra voluntas; vincendum: agitur de vitâ, de salute, de regno, non temporalibus, sed æternis. *Qui vixerit coronabitur*. Hoc, Domine Jesu, tuæ gratiæ munus est; hoc tua gloria, hominem infirmum, sui ipsius victorem reddere; hæc, misericordia Dei, mihi dona gratiarum; da vires, animum, perseverantiam, ut carne victâ, ego mente serviam legi tuæ. Amen.

CHAPITRE VIII.

1. Il n'y a donc point maintenant de condamnation pour ceux qui sont en Jésus-Christ, qui ne marchent pas selon la chair;

2. Parce que la loi de l'esprit de vie, qui est en Jésus-Christ, m'a délivré de la loi du péché et de la mort.

3. Car ce qu'il était impossible que la loi fit, à cause qu'elle était affaiblie par la chair, Dieu l'a fait, ayant envoyé son propre Fils, revêtu d'une chair semblable à celle du péché, et victime pour le péché, il a condamné le péché dans la chair;

4. Afin que la justice de la loi soit accomplie en nous, qui ne marchons pas selon la chair, mais selon l'esprit.

5. Car ceux qui sont charnels goûtent les choses de la chair; mais ceux qui sont spirituels aiment les choses de l'esprit.

6. Or, cet amour des choses de la chair est la mort, au lieu que l'amour des choses de l'esprit est la vie et la paix.

7. Car cet amour des choses de la chair est ennemi de Dieu, parce qu'il n'est point soumis à la loi de Dieu, et ne le peut être.

8. Ceux donc qui sont dans la chair ne peuvent plaire à Dieu.

9. Mais pour vous, vous n'êtes point dans la chair, mais selon l'esprit, si toutefois l'Esprit de Dieu habite en vous; car, si quelqu'un n'a point l'Esprit de Jésus-Christ, il n'est point en lui.

10. Mais si Jésus-Christ est en vous, quoique votre corps soit mortel à cause du péché, votre esprit est vivant à cause de la justice.

11. Car si l'esprit de celui qui a ressuscité Jésus-Christ d'entre les morts habite en vous, celui qui a ressuscité Jésus Christ d'entre les morts donnera aussi la vie à vos corps mortels, à cause de son Esprit qui habite en vous.

12. Ainsi, nous frères, nous ne sommes point redevables à la chair pour vivre selon la chair;

13. Car si vous vivez selon la chair, vous mourrez; mais si vous faites mourir par l'esprit les actions de la chair, vous vivrez;

14. Parce que tous ceux qui sont poussés par l'Esprit de Dieu sont les enfants de Dieu.

15. Aussi n'avez-vous point reçu l'esprit de servitude (Six.)